

brare sine jejunio, et non licebit sine vestibus sacris? Procul dubio huic difficultati non inveni responsum omnino adaequatum. Tantum responderi posset quod praeceptum celebrandi cum vestibus sacris est adeo rigorose acceptum ab Ecclesia, ut in nullo casu dispensasse sciatur; et propterea vestes reputantur ut quid intrinsecum cultui tanti sacrificii<sup>d)</sup>. Praeceptum autem jejunii non ita rigorose accipitur; cum in pluribus casibus Ecclesia permittat communicare non jejunis, prout dictum est ex n. 284.

Post ci-  
rum, non  
requiritur  
somnus nec  
digestio.

Hic ultimo advertendum, quod si quis post comedionem non dormierit vel non sit digestus, respectu ad praeceptum jejunii bene potest communicare; ut dicunt Suarez<sup>1</sup>, Juenin<sup>2</sup>; et Bonacina<sup>3</sup> cum Navarro, Soto, Reginaldo, Filiuccio, Henriquez et alii communiter (contra Panor-

mitanum<sup>e)</sup>, etc. apud Concina<sup>4</sup>). Caeterum quandoque convenit talem a communione abstinere propter animi torporem; ut recte dicunt [Contin.] Tournely<sup>5</sup> et Concina<sup>6</sup>, ex D. Thoma<sup>7</sup>, ubi sic docet: *Nec refert utrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem praecepti. Refert autem, quantum ad perturbationem mentis quam patiuntur homines propter insomniatem vel indigestionem: ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem hujus sacramenti.* — Hoc tamen puto non procedere, si vigilia vel indigestio provenierit ex causa naturali, aut rationabili et honesta; nec si homo conetur turbationem illam repellere faciens quantum in se est, ut devote accedit: prout diximus de eo qui pollutionem est passus. Vide n. 272, in fine.

Limitatio  
ex conve-  
nientia.

### ARTICULUS III.

QUAE ET QUANTA SIT OBLIGATIO SUMENDI EUCHARISTIAM.

290. *An communio in adultis sit necessaria necessitate medii* (Vide etiam dicta n. 192). — 291. *An et quando quisque in periculo vitae teneatur sumere communionem*. — 292. *Quid agendum in periculo vomitus, vel in casu delirii*. — 293. *An pueris ministrandum viaiticum* (Vide alia notanda apud Busenbaum). — 294. *De obligatione communicandi*. — 295. *Quando obliget praeceptum divinum, et quando ecclesiasticum*. — 296. *Dub. 1. Quomodo computandus annus obligationis*. — 297. *Dub. 2. An qui non communicavit in Paschate teneatur communicare quamprimum. Quid, si quis ad implendum praeceptum paschale, praevidentis impedimentum, communionem anticipavit*. — 298. *Dub. 3. An qui non potest communicare in Paschate teneatur praevenire*. — 299. *Dub. 4. An teneantur fideles tollere impedimentum, ut communioni paschali satisficiant*. — 300. *De obligatione communicandi in parochia*. — *An eximantur sacerdotes, peregrini, famuli religiosorum. An alii, ex consensu pastoris*. — 301. *De obligatione puerorum communicandi in Paschate*. — *Qu. 1. An pueri teneantur aut possint communicare statim post usum rationis. Dub. 1. Qua aetate censeantur obligati ad communionem. Dub. 2. An infantibus sit danda communionis articulo mortis*. — 302. *Qu. 2. An possit ministrari communionis amentibus*. — 303. *Qu. 3. An semifatuis, mutis, surdis et obsessis*.

Eucha-  
ristia, neces-  
saria nec-  
ssitate pra-  
ceptum divini

290. — « Resp. I<sup>o</sup>. Sumptio Eucharistiae fidelibus adultis est necessaria nece- sitate non medii»; [At vide dicta n. 192,

v. Secunda] — « sed praecepti divini, obli- gantis tum in articulo mortis per mo- dum viatici, tum etiam saepius in vita;

tr. 4, n. 237. — *Henrig.*, lib. 8, cap. 49, i. f. — <sup>4</sup> De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 15. — <sup>5</sup> De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, paulo ante qu. 2, n. 3. — <sup>6</sup> De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 15. — <sup>7</sup> P., qu. 80, art. 8, ad 5.

<sup>d)</sup> Attamen S. C. de Propaganda Fide facultatem, ad decennium duraturam, die 30 Novembr. 1828 concessit vicariis apostolicis Si- nensis, ut possent missionariis sibi bene visis licentiam dare celebrandi sine solitis utensilibus et sine sacris vestibus, vel cum aliqua tantum ex magis necessariis, ubi cete-

rae haberi non possent; idque praesertim ubi necessitas urget Eucharistiam populo aut infirmis dispensandi.

<sup>e)</sup> Panormitanus citatur quidem simpliciter a Concina; sed revera, in cap. Ex parte, n. 4, de celebr. Missar., distinguit somnum a digestione: « Quis dicitur jejonus post dige-

« ut docent Suarez, Vasquez, Laymann, Fagundez<sup>a)</sup> et alii communiter. Pro- bantque, tum ex Scriptura, tum ex con- cilio Nicaeno<sup>b)</sup> et Tridentino<sup>b)</sup>, tum ex praxi Ecclesiae; tum quia Eucharistia est instituta per modum cibi, cuius usus saepius est necessarius. — Bonacina<sup>1</sup>.

« Unde resolves:

291. — « Quisque fidelis in periculo vitae, quod praevideat vel merito timet, v. gr. in gravi morbo, ante conflictum, vel puerperium, praesertim primum, ante navigationem, etc., tenetur sub mortali communicare. Suarez, Vasquez<sup>2</sup>. [Ita Elbel<sup>3</sup>, Antoine<sup>4</sup>; et Roncaglia<sup>5</sup> cum Tamburino et communi]. — « Nisi tamen paucis, v. gr. octo diebus ante communica- nicasset. Talis enim communio censemetur habere rationem viatici; ut docent Suarez, Reginaldus, Filiuccius: contra quosdam, ut Gasparum Hurtadum<sup>6</sup>, etc. (apud Escobar), qui dicunt eum qui mane communicavit, si a prandio incurrat periculum vitae, teneri iterum sumere communionem, tamquam viaticum ». [Vide dicta n. 285, Dubit. 3]. — « Immo Sa et Silvester<sup>7</sup>, Fumus, etc., et Cajetanus<sup>8</sup>, putant non esse saltem mortale communionem omittere: dummodo in Paschate sumpseris ». [Vide dicenda n. 297, in fine, v. Dicit].

<sup>a)</sup> Suar., disp. 69, sect. 3. — Vasq., disp. 214, cap. 2; et cap. 3, init. — Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 5, n. 2. — <sup>1</sup> Disp. 4, qu. 7, punct. 1, n. 8. — Suar., loc. cit., v. Dico 1, et probat. — <sup>2</sup> Loc. cit., cap. 1 et 2. — <sup>3</sup> Confer. 15, de Sump. Euch., num. 131; cf. n. 106 et 107. — <sup>4</sup> De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 1, ad 2. — <sup>5</sup> De Euch., cap. 6, qu. 3, resp. 1. — Tambur., Method. expedit. Commun., cap. 5, § 1, n. 2. — Suar., disp. 69, sect. 3, v. Rogabis. — Regin., lib. 29, n. 65, v. Secundum est. — Fill., tr. 4, cap. 2, n. 48, i. f. — <sup>6</sup> De Euch., disp. 10, diff. 2, v. Unde existimamus. — Escob., tr. 7, exam. 6, cap. 5, v. Quonam modo (al., n. 88).

— Sa, v. Eucharistia, n. 1. — <sup>7</sup> V. Eucharistia III, n. 1, v. f. — Fumus, Arnal., v. Communio, n. 4. — <sup>8</sup> Sumptio, v. Communio, § Utrum autem. — Joan. Sanctius, Select. disp. 38, num. 2. — <sup>9</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 55. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 1, n. 552. — <sup>11</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 14. — Zambr., Decis. cas. tempore mortis, cap. 3, de Euch., dub. 4, num. 5. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 1, n. 554.

Quid ser-  
vandum in  
timore vo-  
mitus.

stum cibum: ideo necessario non requiritur dormitio. Potest ergo sacerdos celebrare de mane, licet nocte praecedenti post coenam non dormierit, dummodo digestio sit perfecta».

292. — <sup>a)</sup> Fagundez, de 3<sup>o</sup> praec. Eccl., lib. 1, cap. 3, n. 4 et 6, asserit hoc praeceptum obligare saltem in articulo mortis etiam iustos».

<sup>b)</sup> Concilium Nicaenum, can. 13, (apud Labbe, tom. 2, col. 46); Tridentinum, sess. 13, de Euch., cap. 6, jubent ut infirmi sacra Eucharistia reficiantur.

292. — <sup>a)</sup> Si vomitus per sex horas cessaverit, judicabit medicus an possit dari Eucharistia; si vero medicus non adsit, posse dari

292. — <sup>b)</sup> Si in aegro esset periculum vomitus, docet Sanctius apud Diana<sup>9</sup>, posse ei parvam particulam dari, quae stomachum alteratura non putetur; aut si de hoc ipso dubium sit, securitatis causa prius dari particulam non consecratam: quam si rejiciat, nullo modo dandam consecratam; secus, si retineat. Si vero independenter a cibo perpetuo evomat, nullo modo dandam: nisi forte per sex saltē horas liber a vomitu fuisset<sup>10</sup>.

In dubio an sumens sit particulam revomiturus, probabilius dicit Croix<sup>10</sup> cum aliis communius, non esse licitum communicare, contra Tanner<sup>b)</sup>, Gobat<sup>b)</sup>, etc.; quia reverentia sacramenti praeferri debet utilitati infirmi. — In casu autem delirii censent Salmant.<sup>11</sup> cum Zambrano, esse optimam praxim, ut detur infirmo antecedenter particula non consecrata ad experiendum si decenter possit inde sumere Eucharistiam.

Si vero aeger tussi vexetur, potest communicare. Quia, licet phlegma quod ejicit, plerumque e pectore ascendat, non est tamen periculum rejiciendi sacras species: cum via per quam sputa tussiendo exutiuntur non sit oesophagus (seu via cibi et potus ad stomachum), sed est aspera arteria (seu via respirationis ad pulmones). Ita Croix<sup>12</sup> cum Palau<sup>c)</sup>

Tussis  
raro impe-  
dit.

<sup>a)</sup> De Euch., disp. 10, diff. 2, v. Unde existimamus. — Escob., tr. 7, exam. 6, cap. 5, v. Quonam modo (al., n. 88). — Sa, v. Eucharistia, n. 1. — <sup>7</sup> V. Eucharistia III, n. 1, v. f. — Fumus, Arnal., v. Communio, n. 4. — <sup>8</sup> Sumptio, v. Communio, § Utrum autem. — Joan. Sanctius, Select. disp. 38, num. 2. — <sup>9</sup> Part. 5, tr. 3, resol. 55. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 1, n. 552. — <sup>11</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 14. — Zambr., Decis. cas. tempore mortis, cap. 3, de Euch., dub. 4, num. 5. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 1, n. 554.

viaticum, juxta Joannem Sanchez; et ita etiam a Diana refertur ejus doctrina.

<sup>b)</sup> Tanner citatur utique a Croix uti refert S. Alphonsus; re tamen vera, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 67, negat tantum ullo morbo communionem impediiri, « nisi qui sit conjunctus cum morali et probabili periculo vomitus ».

— Gobat autem, tr. 4, n. 163, vult primo faciendum esse experimentum in dubio, dando scilicet hostiam non consecratam; et « si omnibus consideratis adhuc dubites, utrum sit necne revomiturus species sacramentales, praebet nihilominus ».

<sup>c)</sup> Palau videtur a Croix citari pro alio quodam asserto, quod Palau habet tr. 21,

et Gobat. — Modo tamen, bene advertit Croix<sup>a)</sup>, particula possit in stomachum descendere: nam si tussis esset ita assida, ut id non permetteret, abstinentum est a communione; uti habetur in Rituali Romano<sup>c)</sup>.

**293.** — Pueris dolii capacibus, qui sciunt distinguere Eucharistiam ab alio cibo, probabilius est in periculo mortis eam esse dandam pro viatico; ut contra Vasquez<sup>a)</sup> insinuat Laymann<sup>a)</sup>, et expresse docet Suarez<sup>b)</sup>, confirmatque card. de Lugo<sup>1</sup> [Cum Salmant.<sup>b)</sup>, Palao<sup>b)</sup>, Diana, etc.]: — « et addit contra Sanchez<sup>c)</sup>, si de capacitatem pueri sit dubium, posse nihilominus dari; etsi non sit necesse » [Cum Diana et Possevino<sup>d)</sup>, apud Salmant.<sup>e)</sup>].

« 4<sup>o</sup>. Qui post viaticum sumptum peccavit mortaliter, non tenetur denuo communicare. Ita Reginaldus, Filiuccius,

Gobat, tr. 4, n. 171. — <sup>1</sup> Disp. 18, n. 87 et seqq. — Diana, part. 5, tr. 3, resol. 44. — Diana, loc. cit. — <sup>2</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 13, i. f. — Regin., lib. 29, n. 65. — <sup>3</sup> Fill., tr. 4, cap. 2, n. 52. — Lugo, disp. 16, n. 46. — <sup>4</sup> Dissert. 1, cap. 9, num. 16. — <sup>5</sup> Loc. cit., num. 9. — Suar., disp. 69, sect. 3, v. Secundum modum. — Coninck, qu. 80, art. 11, n. 100.

punct. 13, n. 10: nimur decens esse ut, si post communionem quis exspuerit, sputum recipiat in linteo.

<sup>a)</sup> Croix, loc. cit., negat periculum esse ejicendi sacras species, « dummodo ad stomachum descenderint ».

<sup>e)</sup> Rituale Romanum, de Commun. infirmorum, n. 4, v. Potest quidem: « Diligenter curandum est, inquit, ne iis tribuatur, a qui... ob assiduam tussim..., aliqua indecentia cum injurya tanti sacramenti timeri potest ».

**293. — a)** Vasquez, disp. 214, cap. 4, n. 42, scribit: « Ut... teneatur praceptum annuae communionis, sufficit ut inter hunc cibum et communionem discernat: ergo eodem prorsus tempore obligatur puer ad annuam communionem ex pracepto divino, determinato ab Ecclesia, et ad communionem in articulo mortis ex eodem pracepto, absque determinatione ». — Laymann autem, lib. 5, tr. 4, cap. 4, n. 3, pro regula generali in articulo mortis statuit: « Quod cui sacramentum Poenitentiae conceditur, neque Eucharistiae sacramentum negari debet si desideret ».

<sup>b)</sup> Suarez, disp. 70, sect. 1, i. f.; Salmant., loc. cit., n. 12 et 13; Palau, tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 2, n. 7, volunt Eucharistiam in articulo mortis dandam esse pueris dolii capacibus et ad confessionem sacramentalem aptis.

« card. de Lugo et alii ». — [Cum Concina<sup>3</sup> et Salmant.<sup>4</sup>, Suarez, Coninck, Bonacina, etc. Ratio, quia nullibi talis obligatio praescribitur, cum sufficiat tunc sola confessio. — Est tamen contra Sotum<sup>e)</sup>, Tabiena<sup>e)</sup> et Armilla<sup>e)</sup>, apud Salmant.<sup>e)</sup>].

« 5<sup>o</sup>. Qui non communicavit in periculo mortis, non tenetur postea super plere. — Ita Bonacina<sup>5</sup>, ex Henriquez, Reginaldo, etc.

« 6<sup>o</sup>. Judex tenetur, per se loquendo, reis concedere tempus communicandi, ut docent Suarez<sup>f)</sup>, Bonacina<sup>6</sup> et alii communiter, contra Navarrum. — Quod si reus noluerit, potest judex procedere. — Filiuccius<sup>g)</sup> ».

Alias daretur reis ansa non communicandi. Sotus<sup>h)</sup>, Bonacina, Reginaldus, cum Salmant.<sup>i)</sup> (Vide alias dicta, n. 247). — Quibus adde, S. Pium V, ut fert Roncaglia<sup>8</sup>, improbasce consuetudinem non mi-

Bonac., disp. 4, qu. 7, punct. 1, n. 3. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 4. — Henrig., lib. 8, cap. 5, num. 3, i. f. — Regin., lib. 29, n. 76, i. f. — <sup>6</sup> Disp. 4, qu. 7, punct. 1, n. 5. — Navar., Man., cap. 25, n. 23. — Bonac., qu. 7, punct. 1, num. 7. — Regin., lib. 29, num. 71, v. Prima est. — <sup>7</sup> Tr. 4, cap. 8, num. 11. — <sup>8</sup> De Euch., cap. 6, qu. 3, resp. 1.

<sup>c)</sup> Scilicet contra rationes generales in materia de voto aut lege a Sanchez, Decal., lib. 4, cap. 1, n. 14 et 15; et lib. 1, cap. 10, num. 34, expositas.

<sup>d)</sup> Possevinus, de Offic. curati, cap. 8, n. 10: « In dubio... de sufficienti discretione in morte, inquit, expedit communicare ».

<sup>e)</sup> Auctores isti, quamvis a Salmant., loc. cit., n. 9, citentur ut asserit S. Alphonsus; non tamen concordant perfecte in hac enuntianda sententia. Etenim Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 11, v. Ex his ergo primum, videatur eam valde obscure innuere; Tabiena, v. Communicare, n. 16, magis perspicue inuit teneri iterum ad communionem; Armilla autem, v. Communio, n. 18, asserit eumdem posse iterum communicare.

<sup>f)</sup> Suarez, disp. 69, sect. 3, i. f., ait esse dandum viaticum iis qui morte plectuntur.

<sup>g)</sup> Filiuccius, tr. 4, cap. 8, n. 238, v. f., scribit: « Neque... reprehendimus morem aliquius provinciae negantis Eucharistiam damnatis ad mortem; quia pridie si detur, periculum est ne se occidant; si eodem die, in aliquibus periculum est ne eam evomant, exspuant, concilcent, ut si fuissent haeretici, magi, lamiae, etc. ».

<sup>h)</sup> Sotus citatur utique hic a Salmant.; sed de Just., lib. 5, qu. 1, art. 2, ad 2, de casu dumtaxat simili loquitur, inquiens: Si « judex aut princeps indicis conjicit, si reum suppli-

nistrandi Eucharistiam damnatis ultimo supplicio. — Et debet, si oportet, ministrari etiam non jejunis. Vide dicta n. 285, Dubit. 3, v. *Damnati*.

**294. — a)** Resp. II<sup>o</sup>. Etsi Christus tempus communionis, extra periculum mortis, non praeceperit; Ecclesia tamen pro ea determinavit tempus paschale, quod communiter numeratur a dominica Palmorum usque ad dominicam in Albis inclusive. Alicubi tamen totam quadragesimam comprehendit; alibi extenditur ex consuetudine vel indulto. Postquam confessarius ex justa causa extenderet; ut docent S. et alii. — Vide Bonacina<sup>1</sup>.

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Praeceptum hoc impletur etiam per communionem sacrilegam; ut habet communis, contra Durandum<sup>a)</sup> et Silvium. Et patet, quia Ecclesia tantum praecipit actum externum; nec finis praecetti cadit sub praceptum ». (Hoc tamen damnatum est in proposit. 55 ab Innocentio XI, quae dicebat: *Praeceptum communionis annuae satisfit per sacrificium Domini mandationem*). — « An

S. v. *Eucharistia*, n. 8. — <sup>1</sup> Disp. 4, qu. 7, punct. 2, num. 5 et 6. — Silvius, in 3 P., qu. 80, art. 11, quer. 2. — <sup>2</sup> Disp. 70, sect. 2, v. *Dico ergo*. — Lugo, disp. 16, num. 65 et seqq. — <sup>3</sup> Fagund., de 3 Praec. Eccl., lib. 1, cap. 6, num. 3. — <sup>4</sup> Part. 1, lib. 7, cap. 30, qu. ult. —

cio afficiat, perditum eum iri in infernum; si autem ei ignoscatur, mentem mutaturum, progressurumque adeo per viam salutis... Nihilominus tamen... non est illi indulendum. Alioquin facile cuicunque esset illa uti vaficie, ut se impoenitentem fingeret ».

**294. — a)** Durandus, in 2, dist. 28, qu. 4, quaerit universaliter utrum sine gratia possit quis implere divina praecpta, et respondet: « Sine gratia, quae est specialis acceptatio divina, potest homo implere praecpta juris naturalis, non autem illa quae sunt juris supernaturalis, ut de suscipiendo sacramentis... Secundum patet, quia ubi habere gratiam cadit sub pracepto, ut materia praecippi, ibi praecptum non potest sine gratia impleri: sed sic est in susceptione sacramentorum: ergo... ».

<sup>b)</sup> Bonacina, disp. 4, qu. 7, punct. 2, n. 13, probabilem existimat negativam; valde probabilem, affirmativam. — Coninck, qu. 80, n. 109, utramque satis probabilem putat.

<sup>c)</sup> Vasquez et Silvius non sine distinctione contradicunt. — Vasquez enim, de *Poenit.*,

« vero qui non satisficit teneatur postea implire, utrinque probabiliter defenditur; etsi affirmativa videatur probabilior. Bonacina<sup>b)</sup>, Suarez<sup>a)</sup>, Coninck<sup>b)</sup>, card. de Lugo, etc.

« 2<sup>o</sup>. Non tenetur praevenire qui praevideat tempore paschali se impedientum; ut contra Vasquez<sup>c)</sup>, Silvium<sup>c)</sup> et Fagundez, probabiliter docet Azor<sup>a)</sup>, Suarez, etc. — Qui vero sic praevenisset, et postea tolleretur impedimentum, tenetur rursus communicare, secundum Laymann<sup>d)</sup>, card. de Lugo<sup>e)</sup>; quia non satisficit pracepto obliganti ad communionem et ad illud tempus. Negat tamen Diana, citans Fernandez et Suarez<sup>f)</sup>.

**295. —** Quaeritur: *quoniam tempore fidèles obligentur communicare?* — Duplex quidem de hac obligatione adest praceptum, divinum et ecclesiasticum.

*Divinum* habetur ex illo Joan. VI: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Et ex hoc pracepto tenemur Eucharistiam suscipere, non solum in periculo mortis, ut ait Busen-

Praeceptum divinum, quando obligat.

Suar., loc. cit., v. *Tertium dub.* — <sup>4</sup> Lib. 5, tract. 4, cap. 5, num. 9. — <sup>5</sup> Disp. 16, num. 78. — Diana, part. 3, tract. 4, resol. 42. — Fernand. de Heredia, de Sacramento Eucharistiae, part. 8, de Suscipientib., dub. 1, num. 10.

qu. 90, art. 3, dub. 2, n. 13 et 14: « Qui existimat se non habiturum toto anno copiam Eucharistiae, tenebitur meo iudicio praevenire tempus... Secus, si tantum timeretur non habiturus copiam eo tempore paschali, bene tamen postea; sic enim excusaretur nec teneatur anticipare ». — Silvius pariter, loc. cit., quer. 3, scribit: « Si ejusmodi praevideat quod poterit communicare non post longum tempus a paschali, probabile est non teneri ad praeveniendum... Si vero praevideat quod non poterit communicare nisi multo tempore post Pascha, videtur obligari ad praeveniendum ».

<sup>d)</sup> Suarez probabilem utique putat negativam; sed ipse, quidquid dicat Diana, adhaeret affirmativa. Etenim, loc. cit., v. *Tertium dubium*, postquam adduxit rationes quibus negativa probatur, concludit: « Licet hic discursus probabilis etiam sit, non tamen auderem excusare ab obligatione communicandi in Paschate eum qui sic anticipasset communionem, si postea nihilominus communicare posset tempore pracepti ».

Nemo teatur praevenire.

baum<sup>a)</sup>, sed etiam saepius in vita; ut communiter docent Suarez<sup>1</sup>, [Contin.] Tournely<sup>2</sup>; Escobar<sup>3</sup> cum Soto, Coninck, Bonacina et aliis passim, ex D. Thoma<sup>b)</sup>. — Ratio, quia, sicut oportet saepius sumere cibum terrenum ad conservandam vitam corporalem; ita cibum coelestem, ad conservandam vitam spiritualem. Immo recte dicunt Salmant.<sup>4</sup> cum Lugo, Valentia, Petro de Soto, Filiuccio, etc., quod aliquando per accidens tenetur homo ex hoc divino pracepto ad communicandum forte etiam saepius in anno, si hoc censeret necessarium ad superandam aliquam gravem tentationem. Hoc tamen dicit Suarez rarissime evenire posse, cum ad hoc sufficere possint alia remedia, orationes, poenitentiae, etc. — Eo casu autem quo communio esset necessaria, homo illam omittendo non peccaret contra illius praceptum; sed contra virtutem adversus quam tentationem patitur. — Caeterum, certum est apud omnes quod huic pracepto, per se loquendo, quisque satisfacit communicando semel in anno.

Praeceptum autem ecclesiasticum habetur ex concilio Lateranensi IV. — Licet enim erat olim obligatio communicandi saltem ter in anno, nempe in Paschate, Pentecoste et Natali Domini (ut statuit

<sup>1</sup> Disp. 69, sect. 1; et sect. 8, v. *Dico* 2. — <sup>2</sup> De Euch., cap. 7, art. 2, sect. 2, concl. 1, et resp. ad 1. — <sup>3</sup> Lib. 20, num. 401 et 402. — *Sotus*, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 11, concl. 1; et v. *Protinus autem ex hac*, post concl. 2. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 7, punct. 1, num. 8. — *Coninck*, qu. 80, n. 101. — <sup>4</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 16. — *Lugo*, disp. 16, n. 25. — *Valent.*, disp. 6, qu. 8, punct. 4, v. *Secundo tempus*. — *Petr. de Soto*, de Euch., lect. 9, v. *De hoc igitur*. — *Fill.*, tr. 4, cap. 2, n. 51. — *Suar.*, disp. 69,

Fabianus Papa<sup>c)</sup> in *can. 16, de consecr.*, *dist. 2*), tamen ex praefato concilio, fideles hodie obligantur ad communicandum tantum semel in anno, tempore paschali, ut patet ex cap. *Omnis, de poenit. et remiss.*, ubi dicitur: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit..., saltē semel in anno... confiteatur..., suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum: nisi forte de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab hisusmodi susceptione duxerit abstinentiam. Alioquin et vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, et moriens christiana caret sepultura*. Haec autem poena non incurrit nisi post sententiam; ut dicunt Palaus<sup>d</sup>, *Viva*<sup>e</sup> et alii communiter: idque colligitur ex eodem textu citato.

296. — Dubitatur 1<sup>o</sup>. *Quomodo computandus sit annus obligationis hujus annuae communionis?*

Alli<sup>a)</sup> censem computandum esse a Januario ad Decembrem; ut sentit Lugo<sup>f</sup>; et Palaus<sup>g</sup> cum Vasquez. — Sed ex communi DD. sententia et consuetudine undique recepta, tempus computatur a Paschate ad Paschate; quia hic censetur annus ecclesiasticus. Ita Suarez<sup>h</sup>, Laymann<sup>i</sup>, Roncaglia<sup>j</sup>; Bonacina<sup>k</sup> cum Azor, Hen-

*Quomodo annus computandus.*

<sup>f</sup> *Disp. 3, v. Dico 4.* — <sup>g</sup> *Tr. 21, punct. 15, num. 14.* — <sup>h</sup> *De Sacram.*, Poenit., qu. 4, art. 8, num. 1 et 9. — <sup>i</sup> *Disp. 16, num. 69.* — <sup>j</sup> *Tr. 23, punct. 20, § 2, num. 10.* — *Vasq.*, de Poenit., qu. 90, art. 3, dub. 1, num. 15. — <sup>k</sup> *De Poenit.*, disp. 36, sect. 3, num. 8. v. *Quartus modus*. — <sup>l</sup> *Lib. 5, tr. 6, cap. 5, num. 8.* — <sup>m</sup> *Tract. 19, de Sacram.* Poenit., qu. 3, cap. 1, qu. 4, resp. 1. — <sup>n</sup> *Disp. 5, de Poenit.*, qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 19. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 28, qu. 6, v. i.

295. — a) Et expresse ipse Busenbaum, *supra*, n. 290, ait praecipuum hoc obligare tum in articulo mortis, tum saepius in vita, quid hic n. 294, minus clare dixerit.

b) S. Thomas enim, 3 P., qu. 80, art. 11, scribit: « Frustra... esset votum, nisi impletur quando opportunitas adesset; et ideo manifestum est quod homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solum ex statuto Ecclesiae, sed ex mandato Domini ».

c) Gratianus utique canonem *Etsi non tribuit Fabiano Papae*; sed revera desumitur quoad suam priorem partem ex concilio Turonensi III, anno 813 sub Leone III celebrato, et est ejusdem concilii canon quinquagesimus. Vide Labbe, tom. 9, col. 357. Quoad ultimam vero partem, in qua decernitur ter in anno

communicandum, videtur desumti ex catione 18 concilii Agathensis, anno 506 sub Symmacho Papa celebrati; apud Labbe, tom. 5, col. 524. Cfr. editionem *Corporis juris canonici* a Richtero illustratam, in can. *Etsi non*.

296. — a) Plerique auctores in hoc dubio citati loquuntur de praecipito annuae confessionis; et sunt Palaus, Vasquez, Laymann, Roncaglia, Bonacina, Azor, Salmant., Sà. — Suarez vero, de Poenit., disp. 36, sect. 3, n. 8, v. *Quartus modus*, pariter computandum esse ait quoad confessionem a quadragesima ad quadragesimam, sed addit: « Comprehendendo omnes illos dies, in quibus potest praecipuum communionis impleri ». — Idemque notant Filiuccius et Reginaldus. — Praeterea, Suarez, in 3 P., disp. 70, sect. 2,

riquez, Silvestro<sup>b)</sup>; et Salmant.<sup>1</sup> cum Sà, Filiuccio, Reginaldo et aliis communiter.

Tempus autem paschale incipit a dominica Palmarum, et terminatur dominica in Albis; ex declaratione Eugenii IV, in bulla *Fide digna*, anno 1440. — Ex consuetudine tamen, necessitate vel privilegio plus temporis conceditur; ut [Contin.] Tournely<sup>2</sup>, Lugo<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Salmant.<sup>5</sup> et Roncaglia<sup>6</sup>.

297. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An qui in Paschate communionem omisit teneatur quamprimum communicare?* — Adsunt tres sententiae:

*Qui omisit communionem in Paschate:*

*Juxta S. Alphonsum, quem primum communio-*

*sum, teneatur quamprimum communicare.*

Prima sententia communior, cui sub-

scribo, et quam tenent Navarrus<sup>7</sup>, Suarez<sup>8</sup>, Lugo<sup>9</sup>, Gonet<sup>10</sup>, Palaus<sup>11</sup>, [Contin.] Tournely<sup>12</sup>, Benedictus XIV<sup>13</sup>, Antoine<sup>14</sup>; Elbel<sup>15</sup> cum Henno<sup>16</sup>; Salmant.<sup>17</sup> cum Laymann, Coninck<sup>18</sup>, Bonacina<sup>19</sup> et Vasquez; ac Croix<sup>20</sup> cum Azor, Silvio, Hurtado, Aversa, etc., absolute affirmat, tum ex praecipuo ecclesiastico, tum divino. — Ex praecipuo divino. Quia, licet Christus hoc praecipuum communionis non determinaverit, reliquit tamen determinandum Ecclesiae, quae postea servandum esse determinavit saltem semel in

<sup>1</sup> *Lib. 7, cap. 30, qu. 5.* — *Silvius*, qu. 80, art. 11, qu. 4. — *Gasp. Hurtad.*, de Euch., disp. 10, diff. 3, i. f. — *Aversa*, qu. 8, sect. 3, v. *Quarto*. — <sup>2</sup> *Disp. 70, sect. 1, v. Quaeres tandem*, et sect. 2. — <sup>3</sup> *Man.*, tr. 4, cap. 10. — <sup>4</sup> *Tr. 21, punct. 15, n. 2.* — <sup>5</sup> *Tr. 4, de Euch.*, cap. 8, num. 17. — <sup>6</sup> *Disp. 16, num. 28 et 67.* — <sup>7</sup> *De Euch.*, cap. 7, art. 2, sect. 2, v. *An autem pluries*. — <sup>8</sup> *Lib. 6, part. 1, n. 599.* — <sup>9</sup> *De Euch.*, cap. 2, qu. 1, resp. 2, n. 8. — <sup>10</sup> *Tr. 11, de Legib.*, cap. 2, num. 162. — <sup>11</sup> *Man.*, tr. 4, cap. 10. — <sup>12</sup> *Tr. 21, punct. 15, num. 7.* — <sup>13</sup> *De Praec. Eccl.*, cap. 5, qu. 8. — <sup>14</sup> *Notif. 45, n. 13.* — <sup>15</sup> *De Euch.*, cap. 2, qu. 1, resp. 2, num. 8. — <sup>16</sup> *Tr. 4, cap. 8, n. 21.* — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 5, num. 8. — *Vasq.*, de Poenit., qu. 90, art. 3, dub. 2, n. 13. — <sup>17</sup> *Lib. 6, part. 1, n. 644.* — *Azor*, part. 1, num. 644.

v. *Dico ergo*, scribit: « Illud verbum *semel in anno* aequae cum utroque actu confitendi et communicandi conjungi ».

b) Silvester de confessionis et communio- nis praecipuo videtur hanc explicationem supponere, dum, v. *Confessio I*, qu. 2, i. f., af- fert et rejicit opinionem eorum qui docent eum qui « post confessionem et communio- nem in Paschate » alicuius peccati obliti re- miniscitur, teneri statim confiteri, nec posse « expectare futuram quadragesimam ».

297. — a) Lugo, disp. 16, num. 65 et segg., eum sane obligat ad communionem, sed infra annum, percipiendam, ut recte nota-

anno; ut dicunt Suarez<sup>16</sup>, Gonet<sup>17</sup>, Palaus<sup>18</sup>, Bonacina<sup>19</sup>, Lugo<sup>20</sup>, [Contin.] Tournely<sup>21</sup>, Croix<sup>22</sup>, Antoine<sup>23</sup> et Salmant.<sup>24</sup> Ex praecipuo ecclesiastico. Tum quia tempus paschale non est ab Ecclesia assignatum ad finiendam obligationem, sed ad eam sollicitandam; unde, quando obligatio jam contracta nondum impleta est, quamprimum impleri debet. Tum quia, ut dicunt Gonet<sup>25</sup>, Lugo<sup>26</sup>, Palaus<sup>27</sup>, [Contin.] Tournely<sup>28</sup>, Salmant.<sup>29</sup>, etc., Ecclesia circa communionem duo imposuit praecipita, unum communicandi infra annum, alterum communicandi in Paschate; ut colligitur ex citato cap. *Omnis* et ex Tri-

dentino<sup>30</sup>, ubi dicitur: *Si quis negaverit omnes... fideles... teneri singulis annis saltem in Paschate, ad communicandum juxta praecipuum S. Matris Ecclesiae, anathema sit*. Nota: *singulis annis saltem in Paschate*: ergo, si communio in Paschate fuit omessa, debet quamprimum impleri antequam terminetur annum.

Dicit autem Lugo<sup>31</sup>; et Bernal apud Croix<sup>32</sup>, quod si quis omisit communicare in Paschate, non peccat quoties data opportunitate communionem differt; sed tan- tum, si intra annum communionem omit- tit. Quia tunc praecipuum communicandi

<sup>1</sup> *Lib. 7, cap. 30, qu. 5.* — *Silvius*, qu. 80, art. 11, qu. 4. — *Gasp. Hurtad.*, de Euch., disp. 10, diff. 3, i. f. — *Aversa*, qu. 8, sect. 3, v. *Quarto*. — <sup>2</sup> *Disp. 70, sect. 1, v. Quaeres tandem*, et sect. 2. — <sup>3</sup> *Man.*, tr. 4, cap. 10. — <sup>4</sup> *Tr. 21, punct. 15, n. 2.* — <sup>5</sup> *Tr. 4, de Euch.*, cap. 8, num. 17. — <sup>6</sup> *Disp. 16, num. 28 et 67.* — <sup>7</sup> *De Euch.*, cap. 7, art. 2, sect. 2, v. *An autem pluries*. — <sup>8</sup> *Lib. 6, part. 1, n. 599.* — <sup>9</sup> *De Euch.*, cap. 2, qu. 1, resp. 2, n. 8. — <sup>10</sup> *Tr. 11, de Legib.*, cap. 2, num. 162. — <sup>11</sup> *Man.*, tr. 4, cap. 10. — <sup>12</sup> *Tr. 21, punct. 15, num. 7.* — <sup>13</sup> *De Praec. Eccl.*, cap. 5, qu. 8. — <sup>14</sup> *Notif. 45, n. 13.* — <sup>15</sup> *De Euch.*, cap. 2, qu. 1, resp. 2, num. 8. — <sup>16</sup> *Tr. 4, cap. 8, n. 21.* — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 5, num. 8. — <sup>17</sup> *Disp. 16, num. 65 et 69.* — <sup>18</sup> *Tr. 21, punct. 15, num. 7.* — <sup>19</sup> *De Praec. Eccl.*, cap. 5, qu. 8. — <sup>20</sup> *Tract. 4, cap. 8, num. 21.* — <sup>21</sup> *Sess. 18, de Euch.*, can. 9. — <sup>22</sup> *Disp. 16, num. 69.* — *Bernal*, disp. 44, num. 76. — <sup>23</sup> *Lib. 6, part. 1, n. 644.*

bit S. Alphonsus hoc eodem numero infe- riens.

b) Elbel, confer. 15, de *Sumpt. Euch.*, n. 127, ad communionem obligat quamprimum percipiendam, eum qui « tota anni tempore non communicavit ». — Idemque ait Henno, de Euch., disp. 9, qu. 2, concl. 1, resol. 3; et Henno, resol. 2, negaverat teneri ad communio- nis statim moraliter post Pascha, eum qui paschalem communionem omisisset; teneri tamen communicare ante finem anni, si ante Pascha non communicasset.

c) De Coninck et Bonacina, vide notam b, ad n. 294.

in Paschate non potest amplius observari: unde remanet sola obligatio alterius praecepti, communicandi saltem semel in anno. — Sed probabilius contradicunt [Contin.] Tournely<sup>1</sup> cum Azor, Suarez, etc.; ac Croix<sup>2</sup> cum Vasquez, Aversa, etc. Quia (ut communiter dicunt auctores hujus primae sententiae) hoc praeceptum communicandi in Paschate non est datum ad finiendam, sed ad sollicitandam obligationem.

*Secunda* sententia, quam tenent Armilla et Tabiena apud Suarez<sup>3</sup>, et Renzi<sup>4</sup>, distinguit. Et dicit quod si quis omiserit communionem ex malitia, non tenetur quamprimum communicare; quia jam transgressus est praeceptum, quod tempore paschali affixum est. — Tenetur vero, si ex impotencia fuerit impeditus; quia tunc presumitur Ecclesia consensisse in dilationem, sed noluisse ab obligatione communionis hominem eximere.

*Tertia* autem sententia absolute negat teneri illo anno ad communionem, qui omisit sive ex malitia sive ex impotencia<sup>5</sup>. — Hanc tenent plures graves auctores, prout Sotus<sup>6</sup>, Sà<sup>7</sup>, Toletus<sup>8</sup>; item Silvester, Valentia, Medina, Victoria et Ledesma, apud Diana<sup>9</sup>. Et probabilem putant Palaus<sup>10</sup>, Busenbaum (ut supra, n. 294, ad 1); Bonacina<sup>11</sup> cum Henriquez<sup>12</sup> et S. Antonino: qui eam absolute docet<sup>13</sup>, ubi loquens de hoc casu, sic ait: *Non.... videtur teneri ex necessitate, ita*

<sup>1</sup> De Praec. Eccl., cap. 5, qu. 8, v. f. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 80, qu. 5. - *Suar*, disp. 70, sect. 2, v. *Dico ergo*. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 1, num. 644. - *Vasq.*, de Poenit., qu. 90, art. 3, dub. 2, num. 18. - *Aversa*, qu. 8, sect. 3, v. *Addit tamen*. - *Armilla*, v. *Communio*, num. 6. - *Tabiena*, v. *Communicare*, num. 10, qu. 7. - <sup>3</sup> Disp. 70, sect. 2, v. *Alii vero*. - <sup>4</sup> In 3 Praec. Eccl., cap. 2, qu. 3. - <sup>5</sup> In 4, dist. 18, qu. 1, art. 4, i. f. - <sup>6</sup> V. *Eucharistia*, n. 7. -

<sup>a</sup>) Ex auctoribus hic allatis, solus Victoria de utraque omissionis causa loquitur; de ceteris vero aliis, ut Sotus, Sà, Toletus, Silvester, Medina, vel perspicue insinuant vel aperte dicunt de culpabili omissione; Ledesma autem loquitur de inculpabili omissione. Auctores denique hic a Diana citati, ab eo allegantur pro sententia quae absolute et absque distinctione negat illum debere communicare, qui tempore paschali communionem omisit.

<sup>e</sup>) Bonacina, qu. 7, punct. 2, n. 13, estimat probabilem esse sententiam quae ne-

*quod non faciens peccet mortaliter. Quod patet ex similibus.... Omitendo jejunitum Ecclesiae..., quis dicit quod adhuc teneatur supplere in alia die?... Et idem de violatione festorum, de omissione Missae et aliis. Hoc enim si verum esset, quod teneretur de necessitate.... quo usque suppletat, multa... mortalia committeret faciendo... contra unum praeceptum; et sic Ecclesia laqueos injiceret animabus: quod cavit can. De viduis [caus.] 27, qu. 1.* Ratio hujus sententiae est, quia praeceptum communionis est affixum temporis paschali, sicut praeceptum jejunii et audiendi Missam est addictum vigiliis et festis. Unde, sicut quis non tenetur jejunare aut Missam audire transacto die vigilie aut festi; ita nec communicare elapsi tempore paschali. Nisi (certe excipiendum) fuerit impeditus a communione de consilio confessarii; ut tenent Salmant.<sup>14</sup>, Palaus<sup>15</sup> et alii communiter: hoc enim expresse cautum est in cap. *Omnis*, supra allato.

Negant autem<sup>16</sup> auctores hujus sententiae adesse hoc duplex praeceptum, nempe communicandi in anno et communicandi in Paschate; sed unicum tantum praeceptum dicunt Ecclesiam impousuisse, affixum temporis paschali: quo transacto, nulla remanet obligatio communicandi. — Negant pariter exstare praeceptum divinum communicandi semel in anno; nam licet adsit obligatio

<sup>7</sup> Lib. 6, cap. 18, num. 2. - *Silvest.*, v. *Eucharistia III*, num. 17, § *Tertium*. - *Valent.*, disp. 6, qu. 8, punct. 4, v. *Quartum est*. - *Bartol. Medina*, *Instruct. Confess.*, lib. 1, cap. 14, § 42, v. *Quintum*. - *Victoria*, *Sum.*, de *Confess.*, num. 148. - *Martin de Ledesma*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 7, art. 5, dub. 2. - <sup>8</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 41. - <sup>9</sup> Tract. 21, punct. 15, num. 6. - <sup>10</sup> Tr. 4, cap. 8, num. 18. - <sup>11</sup> Loc. cit., n. 3.

gat illum teneri, nisi forte distulerit communionem de consilio confessarii; aut nisi latens excommunicatio, vel nisi existet lex aliqua particularis vel consuetudo contra non communicantes elapsi Paschatis tempore<sup>17</sup>. — Quam etiam sententiam tenet Henriquez, lib. 8, cap. 5, n. 1.

<sup>f</sup>) In textu hic relato, qui habetur in part. 2, tit. 9, cap. 9, § 3, S. Antoninus loquitur de eo « qui omisit communionem in Paschate ex negligencia ».

<sup>g</sup>) Virtualiter saltem; quod tamen expresse habet Valentia.

communicandi saepius in vita, praeceptum tamen communicandi semel in anno dicunt esse mere ecclesiasticum. Non secus ac praeceptum saepius colendi Deum est quidem de jure etiam divino: sed obligatio audiendi Missam in dominica, prout praescripsit Ecclesia, est tantum de jure ecclesiastico; ut fuse tuerint ipsimet Salmant.<sup>1</sup> cum Soto, Cajetano, S. Antonino, Azor, Navarro, Suarez, Palao, Bonacina et aliis communissime, ex D. Thoma<sup>2</sup>, ubi ait: *Dicendum quod observantia diei dominicae in nova lege succedit observantiae sabbati; non ex vi praecepti legis, sed ex constitutione Ecclesiae et consuetudine populi christiani.* (Vide alia dicta Lib. III, n. 265). — Apud auctores secundae sententiae neminem reperi, qui huic paritati adaequate respondeat. Unde hanc tertiam sententiam non contemnam puto: saltem, quia ex neutro praecepto, divino aut ecclesiastico, constat haec obligatio communicandi transacto tempore paschali. — Hoc tamen non obstante, nolo recedere a *prima* sententia.

Praevidens impedimentum, communicans ante tempus:  
S. Doctor a prima non recedit.

Dicit autem Tamburinius<sup>3</sup> cum Diana, quod si quis communicaverit ante tempus paschale praevidebat impedimentum communicandi in Paschate, cum intentione satisfaciendi praeceptum illius anni; adhuc cessante postea impedimento, non tenetur in Paschate communicare. — Sed

<sup>1</sup> Tr. 23, cap. 1, n. 88. - *Sotus*, de Just., lib. 2, qu. 4, art. 4, ad 2. - *Cajetan.*, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 122, art. 4, v. *Et quoniam ambiguitates*. - *S. Anton.*, part. 2, tit. 9, cap. 7, v. *Succedit*. - *Azor*, part. 2, lib. 1, cap. 2, qu. 2. - *Navar.*, *Man.*, cap. 18, num. 1. - *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 4, n. 8. - *Palaus*, tr. 9, punct. 1, num. 4. - *Bonac.*, disp. 5, de 3<sup>a</sup> Praec., num. 4. - <sup>3</sup> 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 122, art. 4, ad 4. - *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 42. - <sup>3</sup> Disp. 16, n. 77 et 78. - <sup>4</sup> Tr. 21, punct. 15, n. 8. - <sup>5</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 22. - <sup>6</sup> De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 2, num. 9. - <sup>7</sup> De

<sup>8</sup> Tamburinius (qui Dianam non citat) probabilem existimat hanc sententiam, *Method. expedit. Commun.*, cap. 4, n. 38.

<sup>9</sup> Tamburinius, *Method. expedit. Commun.*, cap. 4, n. 37 et 38, hanc opinionem existimat probabilem.

<sup>10</sup> Molfesius, *Sum.*, part. 1, tr. 3, cap. 8, n. 28, forte rem insinuat, negans satisfecisse praecepto eum qui alio anni tempore communicavit.

<sup>11</sup> Vasquez non satis accurate a Renzi allegatur; tenet enim secundam sententiam, quae S. Alfonso multo probabilior videtur. Cfr. notam c ad n. 294.

hoc recte non admittunt Lugo<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Salmant.<sup>5</sup> et Antoine<sup>6</sup>. Quia intentio non potest efficere ut actus positus tempore quo nondum coepit obligatio, sit satisfactorius: sicut qui praevidebat die dominico se impedimentum fore, audiendo Missam die praecedenti ex intentione satisfaciendi crastinae obligationi, certe non satisfacit. Id confirmatur ex Rituali Romano<sup>7</sup>, ubi sic dicitur: *Aegrotis quoque parochialibus, etiam si communionem extra praescriptos paschales dies sumpserint, in paschalibus diebus illam (parochus) defret ac ministrabit.*

<sup>298.</sup> - Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An qui non potest communicare tempore Paschatis teneatur praevenire?*

*Prima* sententia negat; et hanc tenent Suarez<sup>8</sup>, Holzmann<sup>9</sup>, Busenbaum (ut supra, n. 294, ad 2), Tamburinius<sup>10</sup>; Bonacina<sup>11</sup> cum Coninck, Filiuccio, Reginaldo, Molfesio<sup>12</sup>; et Renzi<sup>13</sup> cum Azor, Vasquez<sup>14</sup>, etc. — Ratio est eadem quae adducta est ab auctoribus tertiae sententiae in praecedenti quaestione, nempe, quia hoc praeceptum addictum est tempore paschali: quo non incepto nulla est obligatio.

*Secunda* vero sententia, quam tenent Laymann<sup>15</sup>, Lugo<sup>16</sup>, Palaus<sup>14</sup>, Habert<sup>15</sup>, Elbel<sup>17</sup>, Croix<sup>18</sup> et Antoine<sup>17</sup>, Salmant.<sup>19</sup>, [Contin.] Tournely<sup>18</sup>, dicit quod si com-

Tempore paschali impediens non tenetur praevenire juxta alios.

Juxta alios tenetur, si communione ultra annum differenda esset.

Haec sententia, non contemnam da.

S. Doctor a prima non recedit.

Praevidens impedimentum, communicans ante tempus:

munio non sit differenda ultra annum ab ultima communione facta, non teneris praevenire; cum antecedens illa communio non sit impletiva praecepti paschalis, et eamdem obligationem relinquat. — Secus vero, si ultra annum differri deberet. Quia tunc teneris communionem anticipare: tum ex praecepto divino communicandi semel in anno, modo quo ab Ecclesia est determinatum; tum ex praecepto ipsius Ecclesiae, quae duas obligationes imponit, nempe communicandi infra annum, et communicandi in Paschate, ut supra dictum est. Unde, si obligatio communicandi in Paschate nequit impleri, saltem implenda est obligatio communicandi semel in anno.

Haec secunda sententia in se spectata valde probabilius mihi videtur. Sed advertendum quod ipsa procederet tantum juxta opinionem illorum qui dicunt obligationem hujus annuae communionis incipere a Januario et terminari ad Decembrem. — At, quia communis est sententia aliorum, et universalis usu fidelium comprobata (ut diximus n. 296), quod hujusmodi obligatio urgeat a Paschate ad Pascha; hinc dicendum videtur, nullam ei esse obligationem praeveniendi, qui praevidet non posse communicare tempore paschali, quia (ut bene advertit Pater Suarez<sup>1</sup>) talis communio non esset adimplativa praecepti: tempore enim quo fieret, non adhuc incepsum esset tempus obligationis, cum nondum incepit tempus annuae communionis. — E converso certum est quod, incepto tempore paschali, si quis impediendum a communione se praevidet, tenetur illico eam accipere; ut communiter docent Suarez, Sà<sup>2</sup> et Bonacina, cum Salmant.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Disp. 70, sect. 2, v. *Tertium dub.* — *Suar.*, loc. cit. — *Bonac.*, disp. 4, de *Euch.*, qu. 7, punct. 2, n. 15. — <sup>2</sup> Tr. 4, cap. 8, num. 23. — <sup>3</sup> De *Euch.*, disp. 16, n. 17. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, num. 626. — <sup>5</sup> Method. expedit. *Commun.*, cap. 4, n. 40. — <sup>6</sup> Tr. 10, de *Censur.*, cap. 3, num. 74. — <sup>7</sup> Part. 5, tract. 9, resol. 88. — <sup>8</sup> De *Euch.*, qu. 4, art. 2, num. 10, v. *Notand.* 4. — <sup>9</sup> *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 3. — <sup>10</sup> Method. expedit. *Com.*, cap. 4, n. 40. — <sup>11</sup> Loc. cit. —

hac parte teneri eum communionem praevine, non autem ex vi solum alterius praecepti communicandi in Paschate».

<sup>2</sup> Sà, v. *Eucharistia*, i.f.; seu rectius Victo-

299. — Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An teneantur fideles tollere impedimenta, ut praecepto annuae communionis satisfiant?*

Communiter dicunt Lugo<sup>3</sup>, Croix<sup>4</sup>, Tamburinius<sup>5</sup>, Salmant.<sup>6</sup>, Diana<sup>7</sup>; et Viva<sup>8</sup> cum Laymann, quod *excommunicatus* tenetur obtinere absolutionem, ut possit praeceptum implere; quia communio valde confert ad animae salutem. Unde ipsius praeceptum rigide obligat ad auferenda mala spiritualia quae obstant.

Censent vero Tamburinius<sup>9</sup> et Viva<sup>10</sup>, *carcerem detentos* non teneri ad quaerendam libertatem ut communicent. — Sed probabilius contradicunt Salmant.<sup>11</sup>; cum probabilius sit hoc esse praeceptum divinum, juxta dicta n. 297.

300. — « Resp. III<sup>o</sup>. Tenetur quis communio paschalem sumere in parochia a pastore suo: nisi hujus licentia, privilegio aut consuetudine eximatur. « Navarrus, Suarez<sup>12</sup>, etc. ». — [Ex cap. *Omnis, de poenit. et remiss.* Vide dicta n. 295].

« Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Sacerdos, ubi vis celebrando, satisfacit. Bonacina<sup>13</sup>. — [Ut communiter ex consuetudine dicunt Wigandt<sup>14</sup>, Roncaglia<sup>15</sup>, Antoine<sup>16</sup>; et Salmant.<sup>16</sup> cum Sà, Palao, etc. Intellige si celebret; alias tenetur communicare in parochia, ut alii laici].

« 2<sup>o</sup>. Eximuntur peregrini et vagi, qui parochiam non habent aut ab ea absunt. « Bonacina<sup>17</sup>. — [Et ita absunt ut commode ad illam accedere nequeant. Nec tunc tenetur communicare in ecclesia matrice oppidi illius, neque in parochia in qua transeunter commorantur; ut Sanchez<sup>18</sup>, Salmant.<sup>19</sup>. — Vide dicta n. 240, v. 9. *Si in Paschate*, et seq.].

<sup>3</sup> Tr. 10, de *Censur.*, cap. 3, num. 74. — *Navar.*, Man., cap. 21, n. 52. — <sup>4</sup> Disp. 72, sect. 2, v. *Secundum dub.* — <sup>5</sup> Disp. 4, qu. 7, punct. 2, n. 7, v. f. — <sup>6</sup> Tr. 12, exam. 4, num. 48, v. *Nota*. — <sup>7</sup> De *Euch.*, cap. 6, qu. 7, i. f. — <sup>8</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 29. — <sup>9</sup> Sà, v. *Eucharistia*, num. 11. — *Palaus*, tract. 21, punct. 15, num. 10, i. f. — <sup>10</sup> Loc. cit., num. 8. — <sup>11</sup> De *Matr.*, lib. 3, disp. 23, n. 17. — <sup>12</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 31.

relli, in *Addit. ad Sà*, loc. cit., prius dumtaxat membrum hujus distinctionis habet.

300. — <sup>a</sup> Antoine, cap. 2, qu. 1, resp. 2, n. 3, i. f.: « Sacerdotes tamen saeculares,

*Excommunicati tenentur impedimenta tollere.*

*Item, carcerem detentos.*

*Communio paschalis a proprio pastore accipienda.*

*Quid de peregrinis et vagis.*

*Sacerdos, ubi vis celebrabit, satisfacit.*

*Quid de laicis monasterio inservientibus.*

*Communio extra parochiam non satisfacit.*

*Nisi de consensu pastoris.*

*Quid de peregrinis et vagis.*

« 3<sup>o</sup>. Non eximuntur laici inservientes religiosis; ut habet Sà<sup>1</sup>. Nisi, ut dicit « Bonacina, degant in monasteriis, aliis que locis a cura parochorum exemptis. « Vide Sanchez<sup>2</sup> ». — [Vide dicta n. 240, v. 10. *Si sint*].

« 4<sup>o</sup>. Non satisfacit huic praecepto, qui in Paschate extra parochiam sine consensu pastoris communicat; ut habent Navarrus, Azor et alii communiter. — « Nisi tamen communicet in cathedrali ecclesia: hunc enim satisfacere praecepto censet Bonacina<sup>3</sup>; sed negat card. Lugo<sup>4</sup>, nisi episcopus expresse vel tacite consentiat ». [Sed opinio Bonacinae nescio an sit probabilis: nisi adsit in aliquo loco communis usus, qui consensum episcopi praesumere faciat<sup>5</sup>; oves enim a proprio pastore agnoscit debent]. — « Vide supra, cap. 2, dub. 1, art. 1, cas. 7, 8 et 9.

« Dixi: *sine consensu pastoris*. Quia cum consensu Summi Pontificis vel episcopi, sive ordinarii aut ejus vicarii generalis, vel parochi (hi enim omnes intelliguntur nomine pastoris), extra parochiam

<sup>1</sup> V. *Eucharistia*, n. 9. — *Bonac.*, disp. 4, de *Euch.*, qu. 7, punct. 2, n. 10. — *Navar.*, Man., cap. 21, n. 52. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 30, qu. 6. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 11. — <sup>3</sup> Resp. mor., lib. 1, dub. 15, num. 4. — <sup>4</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 34. — <sup>5</sup> Method. expedit. *Commun.*, cap. 4, num. 43. — <sup>6</sup> Theol. mor., part. 1, tr. 5, qu. 19, quæstiunc. — *Beja*,

« communicando satisfieri praecepto doctores concedunt. — Et quidem sufficiere consensum interpretativum, sive « praesumptum », [Modo adsit certitudo moralis de voluntate parochi; ut Salmant.<sup>1</sup> cum Suarez<sup>2</sup>], Lugo<sup>3</sup>, Diana<sup>4</sup> et Tamburinius<sup>5</sup>] « notat Tamburinius<sup>6</sup>. — Immo Bauni<sup>6</sup>, Beja et quidam alii (apud Tamburinius<sup>7</sup> et cardinalis de Lugo<sup>8</sup>), item Diana<sup>9</sup>) putant posse satisfieri praecepto communionis paschalis (praesertim extra diem Paschæ) apud mendicanates, ex privilegio Nicolai V<sup>10</sup>, Pii IV<sup>11</sup> et Pauli IV<sup>12</sup> certis concessis, quod caeteri participant. Verum hoc alii communiter negant. Vide Aversa<sup>13</sup>.

Cum Diana (ut supra) sentiunt Beja, Rodriguez, etc., apud Escobar<sup>10</sup>, bene fideles satisfacere praecepto communicando in ecclesiis regularium, vi privilegiorum a praedictis Pontificibus concessionis monasteriis D. Hieronymi. — Sed communiter et merito id reprobant Croix<sup>11</sup>; et Salmant.<sup>12</sup> cum Lugo<sup>13</sup>, Fagundez<sup>14</sup>, Tamburinius<sup>15</sup> et aliis, qui dicunt neminem posse in ecclesiis regularium praemunire negant. Vide Aversa<sup>16</sup>.

Respons. cas., part. 4, cas. 4. — <sup>7</sup> Method. expedit. *Commun.*, cap. 4, num. 51 et 52. — <sup>8</sup> Part. 2, tr. 14, resol. 73; et part. 6, tr. 7, resol. 58. — <sup>9</sup> De *Euch.*, qu. 10, sect. 4. — *Beja*, loc. cit. — *Hieron. Rodriguez*, *Compend.*, resol. 127, n. 3. — <sup>10</sup> Lib. 20, num. 441. — <sup>11</sup> Lib. 6, part. 1, n. 635. — <sup>12</sup> Tr. 4, cap. 8, n. 34. —

sumendum esse consensum parochi, paschali quam alio tempore.

<sup>13</sup> Diana, part. 3, tr. 2, resol. 12, i.f., loquitor de religiosis ministrante Eucharistiam die Paschatis, negans eum peccare, si id faciat cum licentia certo praesumpta et moraliter certa parochi ».

<sup>14</sup> Lugo, de *Euch.*, disp. 18, n. 49, adducit auctores qui affirmant mendicantes posse Eucharistiam ipso Paschatis die ministrare.

<sup>15</sup> Nicolaus V, in sua bulla *Scimus populos*, de die 15 April. 1448, fratribus de Observantia facultatem concessit « in omni, praeterquam in die Resurrectionis..., sacramissimi Corporis Domini communionem dandi ». *Thesaur. Resolut.*, tom. 69, fol. 209 et seqq.

<sup>16</sup> Suarez, hic a Salmant. citatus, loquitur disp. 72, sect. 2, v. *Hinc igitur*, de administratione hujus sacramenti, ad quam requiritur jurisdictionem; sed ait excusari ab omni culpa saltem mortali, « si intercedat bona fides et interpretativa seu praesumpta voluntas pastoris probabili causa ».

<sup>17</sup> Lugo, disp. 18, n. 51; Tamburinius, loc. cit., cap. 4, n. 49, ajunt difficilius pra-

Satis est  
consensus  
certo praesumptus.

Communi-  
cans in ec-  
clesia regu-  
larium non  
satisfacit.

ceptum communionis implere, nisi cum licentia parochi certo praesumpta; ita etiam Suarez<sup>j</sup>, Bonacina<sup>j</sup>; et Escobar<sup>1</sup> cum Villalobos<sup>j</sup>, Nuñez, Fagundez<sup>j</sup>, etc., qui refert declarationem S. Congregationis anni 1586 (apud Farinacium<sup>2</sup>), ubi dictum fuit minime satisfacere praecerto communicantes in ecclesiis regularium. Nec obstant praefata privilegia (quorum meminit Busenbaum). Nam, ut ajunt auctores<sup>k</sup> citati, cum Pontifices saepe declararint, quoad communionem obligatoriam semper servandum esse illaesum jus parochorum, tam praedicta monasteria D. Hieronymi quam aliae religiones nunquam illis privilegiis usae sunt, nisi pro suis familiariibus.

Unde Escobar<sup>3</sup> censet oppositam opinionem non esse practice probabilem. — Et revera nostra sententia a communis consuetudine videtur approbata.

Pueri rationis impotes, et amentes, percipiunt fructum Eucharistiae.

Ecclesia latina vetat dari parvulis.

**301.** — Pueri baptizati rationis impotes, et perpetuo amentes, Eucharistiam sumendo, vere gratiae augmentum percipiunt; quia sufficit hoc sacramentum in gratia suscipere, ad ejus effectum sane percipiendum. Ita Suarez, Vasquez, Coninck, Palau, Laymann, cum Salmant.<sup>4</sup> — Ob majorem tamen reverentiam hujus sacramenti, Ecclesia latina merito illud parvulis dari prohibuit; ut habetur ex communis sensu Ecclesiae, juxta S. Thomam<sup>5</sup>, Catechismum Romanum<sup>6</sup> et Rituale Romanum<sup>7</sup>.

Sed quaeritur 1<sup>o</sup>. *An pueri, statim ac habent usum rationis, possint ac debeant communicare?*

Prima sententia affirmit; et hanc tenet S. Antoninus<sup>8</sup>, ubi ait: *Cum (puer) est*

<sup>1</sup> Lib. 20, num. 442 et 443. — <sup>2</sup> Nuñez, in 3 P., qu. 82, art. 3, concil. 5. — <sup>3</sup> Ad sess. 13, can. 9, declar. 23 Januar. 1586. Cfr. et alias similes declarationes apud Pallottini, v. *Sacram. Euchar.*, § 1, num. 6, 7, 16 et seqq. — <sup>4</sup> Loc. cit., num. 443. — <sup>5</sup> Suar., disp. 62, sect. 4. — <sup>6</sup> Vasq., disp. 212, cap. 2, n. 11. — <sup>7</sup> Coninck, qu. 80, art. 9, n. 77. — <sup>8</sup> Palau, tr. 21, punct. 10, num. 5. — <sup>9</sup> Laym., lib. 5, tr. 4, ap. 4, n. 2. — <sup>10</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 6. — <sup>11</sup> 3 P., qu. 80, art. 9, ad 3. — <sup>12</sup> De Euch., n. 62, (al., num. 67). — <sup>13</sup> De SS. Euchar. Sacram., n. 11. — <sup>14</sup> Part. 3, tit. 14, cap. 12, § 5. — <sup>15</sup> Is est Joan Sanchez, Select. disp. 26. — <sup>16</sup> Pauld., in 4, dist. 12, qu. 1, art. 5, concil. 1, i. f. (n. 25, i. f.). — <sup>17</sup> Philip. de la Cruz, Thesaur. Eccl., tr. 1, § 11, n. 3. — <sup>18</sup> Lib. 20,

*doli capax, cum scilicet potest mortaliter peccare, tunc obligatur ad praeceptum de confessione, et per consequens de communione, quae simul dantur.* Idem dicunt Sanchez<sup>9</sup>; et Paludanus ac de la Cruz, apud Escobar<sup>10</sup>; probabilemque putat Diana<sup>11</sup> cum Tabiena<sup>a</sup>. — Ratio, quia, cum tales pueri jam sint capaces committendi peccatum mortale, et se disponendi ad absolutionem per debitum dolorem, etiam capaces sunt communionis, ad quam minor requiritur rationis discretio.

**Secunda** vero sententia, communissima et probabilior, negat teneri. Et hanc docent Suarez<sup>12</sup>, Navarrus<sup>13</sup>, Laymann<sup>14</sup>, Escobar<sup>15</sup>, Palau<sup>16</sup>, Antoine<sup>17</sup>, Croix<sup>18</sup>; Salmant.<sup>19</sup> cum Vasquez, Soto, Filluccio, Dicastillo, etc.; ac Diana<sup>20</sup> cum Toleto, Coninck, Comitol<sup>b</sup>, Tanner, Salas et communi (ut asserit). — Ratio, quia communis usus Ecclesiae sic interpretatus est obligationem hujus praecetti: tum ut pueri cum majori reverentia et fructu Eucharistiam suscipiant; tum ne ipsi facile exponantur periculo transgressionis. Et quamvis obligentur ad confessionem, non ideo tamen tenentur suscipere Eucharistiam, quae est majoris excellentiae et non tantae necessitatis. — Nec obstat cap. *Omnis 12, de poenit.*, ubi dicitur quod omnis fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, tenetur non tantum ad confessionem, sed etiam ad communionem. Nam anni discretionis intelligendi sunt respective ad rationem materiae, nempe cum quis pervenerit ad discretionis annos pro confessione, confi-

num. 248. — <sup>11</sup> Part. 3, tr. 6, resol. 70, i. f. — <sup>12</sup> Disp. 70, sect. 1, v. *Sed exspectandum*. — <sup>13</sup> Man., cap. 21, n. 57. — <sup>14</sup> Tr. 4, cap. 4, num. 3. — <sup>15</sup> Lib. 20, num. 244. — <sup>16</sup> Tr. 21, punct. 10, num. 11. — <sup>17</sup> De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 2, num. 1. — <sup>18</sup> Lib. 6, part. 1, num. 646. — <sup>19</sup> Tr. 4, cap. 7, num. 16. — <sup>20</sup> Vasq., disp. 214, cap. 4, num. 40, v. *Deinde cum Navarro. - Sotus*, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 9, i. f.; et art. 11, v. *Quod si quaeras. - Fill.*, tr. 4, cap. 7, n. 192. — <sup>b</sup> Dicast., tr. 4, de Euch., disp. 10, dub. 5, n. 108 et seqq. — <sup>c</sup> Part. 3, tr. 6, resol. 70. — <sup>d</sup> Toleto, lib. 6, cap. 15, n. 1. — <sup>e</sup> Coninck, qu. 80, n. 102. — <sup>f</sup> Tann., tom. 4, disp. 5, qu. 8, dub. 5, n. 114. — <sup>g</sup> Salas, de Legib., disp. 14, sect. 13, num. 127.

<sup>j</sup>) Suarez, *de Relig.*, tr. 10, lib. 9, cap. 3, n. 6; Bonacina, *de Euch.*, qu. 5, punct. 1, n. 12; Villalobos, part. 1, tr. 7, diff. 47, n. 3 et 4, non afferunt hanc sententiam.

<sup>a</sup>) Interpretatio ista desumitur ex Escobar. 301. — <sup>b</sup>) Tabiena, v. *Communicare*, n. 6, sententiam hanc plane defendit.

<sup>b</sup>) Comitolus, quamvis a Diana citetur, non

Pueri, juxta alios, tenentur communice statim ac ratione potius.

Probabiliter non statim tenentur.

Possunt tamen, si Eucharistiam discernant a profano ci- bo.

teatur; quando ad discretionis annos pro communione, communicet. Sed notandum quod ex hujus sententiae fautoribus alii, ut Vasquez<sup>c</sup>, Hurtadus<sup>d</sup>, Praepositus<sup>e</sup>, Granado<sup>f</sup>, etc., apud Escobar<sup>1</sup>, censemant tales pueros nec teneri nec posse communicare; quia (ut dicunt) Eucharistia non potest dari eis qui non sunt capaces digne communicandi. — Alii vero, ut Suarez<sup>2</sup> cum Soto et Laymann, Palao, ac Croix<sup>3</sup>, probabiliter dicunt quod esto pueri non teneantur communicare statim post adeptum usum rationis, non tamen prohibentur ad Eucharistiam accedere, semper ac scient discernere hunc coelestem cibum a profano. Tunc enim, ut inquit D. Thomas<sup>4</sup>: *Quando jam pueri incipiunt aliqualem usum rationis habere, ut possint devotionem concipere hujus sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.*

<sup>c</sup>) Lib. 20, n. 242. — <sup>d</sup> Disp. 70, sect. 1, v. *Deinde. - Sotus*, in 4, dist. 12, qu. 1, artic. 11, v. *Sed si quaeras. - Disp. 70, sect. 1, v. Deinde. - Tr. 21, punct. 10, n. 11. — <sup>e</sup> Lib. 6, part. 1,*

Idque confirmatur in *cap. penult.*, *caus. 26*, qu. 6, ubi dicitur: *Cui Poenitentiae sacramentum conceditur, neque Eucharistiae sacramentum negari debet, si desideret f).*

Sed hic dubitatur 1<sup>o</sup>. *Quando censeantur pueri obligati ad communicandum?*

Sotus apud Suarez<sup>5</sup>, et Corduba<sup>6</sup> apud Palaum<sup>6</sup>, sentiunt hanc obligationem incipere a duodecimo anno; quia (ut ajunt) in ea aetate pueri tenentur ad leges ecclasiasticas. Sed hoc communiter rejicitur, prout diximus de *Leg.*, lib. 1, n. 155. — Hinc communiter dicunt doctores, regulariter loquendo, pueros non obligari ad communionem ante nonum vel decimum annum; nec differendam eis esse communionem ultra duodecimum (ut sentiunt Palaus<sup>h</sup>); et Salmant.<sup>i</sup> cum Lugo<sup>j</sup>, Dicastillo<sup>j</sup>, Amico<sup>j</sup>, etc.), vel saltem ultra decimum quartum, ut Suarez<sup>k</sup>, Lay-

Regulariter non te- nentur ante nonum annum.

Non diffe- rendum ul- tra duode- cimum vel decimum quartum.

loquitur tamen in *Respons. mor.*, lib. 1, qu. 17, de communione.

<sup>c</sup>) Vasquez videtur sane id insinuare, dum, *disp. 214, cap. 4, n. 43*, negat ministrandum esse hoc sacramentum pueris « qui sufficienti usu rationis carent, et hoc praecetto non tenentur ». — Jacob. de Granado pariter videtur hanc sententiam insinuare, dum in *3 P.*, *controv. 6, de Euch.*, tr. 10, *disp. 3, n. 11*, rationem afferens cur non teneatur, scribit: « Quia Ecclesia declaravit tunc non habere discretionem sufficientem, ut ea, *qua par est*, reverentia et devotione Eucharistia suscipiantur ». Quod aliis verbis, *disp. 4, n. 2*, sic reddit: « Major enim dignitas Eucharistiae petit majorem reverentiam in suscipiente et majorem discretionem ».

<sup>d</sup>) Rectius: Canon Agnovimus, *penult.*, *caus. 26*, qu. 6, jubet ut poenitentia concedatur morientibus, qui eam cupiunt; et Gratianus, transitionem faciens ad *canonem 14 ult.*, scribit: « Cui autem poenitentia non negatur, nec reconciliatio sibi deneganda est ».

<sup>e</sup>) Corduba, *Sum.*, qu. 60, in *med.*, hanc obligationem incipere ait 12 aut 13 anno in teminis; in viris autem, anno 14 aut 15; et ita etiam a Palao allegatur.

<sup>f</sup>) Palaus, tr. 21, punct. 10, n. 11: « Regulariter, inquit,... nemo ante decimum annum obligari censendum est ».

<sup>g</sup>) Lugo, *disp. 13, n. 33*, de discretione requisita scribit: « Communiter solet advenire a decimo usque ad decimum quartum annum ».

<sup>h</sup>) Dicastillus, tr. 4, *disp. 10, dub. 5*, n. 108; Amicus, *tom. 7, disp. 29, n. 61*, non determinat tempus.

<sup>i</sup>) Suarez, *loc. cit.*, tempus assignat « a decimo usque ad decimum quartum aetatis annum ». — Idemque significant Laymann, tr. 4, cap. 4, n. 3; Wigandt, *tr. 12, exam. 4*, n. 46, ubi dicunt in aliis citius advenire signa

mann<sup>2)</sup>, Wigandt<sup>3)</sup>, Antoine<sup>4)</sup> et Croix<sup>5)</sup>. Hicque notandum id quod praescripsit S. Carolus Borromaeus<sup>6)</sup>: *Parochi... illos... qui decennium attigerint, hebdomadae Septuagesimae initio accersant, et singillatim instruant atque erudiant ad cognitionem cultumque sanctissimi sacramenti Eucharistiae, doceantque quam humiliter, religiose reverenterque ad eam sumendum accedant.*

Dictum est: *regulariter*; nam, ut advertunt auctores, citius possunt obligari pueri qui ante talem aetatem perspicaciōes conspiciuntur. Unde recte reprehendit Roncaglia<sup>7)</sup> parochos qui indiscriminatim non admittunt ad communionem nisi pueros in certa aetate constitutos. — Dicunt autem Navarrus<sup>8)</sup> et Croix<sup>9)</sup> quod, licet pueri anno decimo possint ad communionem admitti, non tamen ipsi ad illam tenentur; sed tum solum cum a parocho vel parentibus moniti fuerint<sup>m)</sup>.

<sup>2)</sup> De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 2, num. 1. — <sup>3)</sup> Lib. 6, part. 1, n. 646. — <sup>4)</sup> Synod. dioec. xi, tit. 3, Monita quoad Sacram. — <sup>5)</sup> De Euch., cap. 6, reg. i, praxi, n. 5. — <sup>6)</sup> Loc. cit., n. 646. — <sup>7)</sup> Qu. 80, art. 9, ad 8, cum corp. — *Suar.*, disp. 62, sect. 4, i. f.; et disp. 69, sect. 2, v. *Nihilominus*. — *Palaus*, tr. 21, punct. 10, num. 6. — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 4, num. 2, cum num. 3 et 4. — <sup>8)</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 7. —

discretionis, anno scilicet nono aut decimo; in aliis vero tardius, anno decimo quarto.

<sup>9)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 21, n. 57, universaliter scribit eos « qui aliena cura gubernantur et eorum monitionem exspectant, non peccare donec moneantur ».

<sup>m)</sup> S. C. C., die 15 Martii 1851, de hac materia declaravit: « Nulla canonica lege sanctum est ne communio ministretur pueris ante duodecimum aetatis annum ». Posse tamen episcopum, attentis locorum ac temporis circumstantiis, aetatem determinare qua pueri ad primam communionem admittantur, ut declaravit eadem S. C. in *Anncien.*, die 21 Julii 1888. — Praeterea, de puerorum frequenti communione S. C. C., die 15 Septembris 1906, haec decrevit: « Sacre communionis frequentiam commendari juxta articulum primum decreti [de quotidiana communione, 20 Decembris 1905, relati supra nota a, ad n. 254] etiam pueris qui ad sacram mensam juxta normas in Catechismo Romano, *cap. 4*, n. 63, semel admissi, ab ejus frequenti participatione prohiberi non debent; sed potius eos ad id hortari, reprobata praxi contraria alicubi vigente ».

<sup>n)</sup> Cajetanus, *Sum.*, v. Communionis minister, i. m.; Lugo, *disp. 13*, n. 32, negant

Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An in periculo mortis communio tribuenda sit pueris qui rationis sunt impones?*

Respondet negative: tum quia idem adest periculum irreverentiae, tum quia talis est usus Ecclesiae Romanae. Ita communiter S. Thomas<sup>6)</sup>; item Cajetanus<sup>7)</sup>, Suarez, Palaus, Laymann, Bonacina<sup>8)</sup>, Lugo<sup>9)</sup>, etc., cum Salmant.<sup>10)</sup>

Et qui aliter ageret graviter peccaret, ut notant Salmant.<sup>8)</sup> cum Ledesma: qui ait, hujusmodi usum universalem Ecclesiae quippe aequivalere ac si esset prohibito.

Pueris vero qui jam sunt compotes rationis, in articulo mortis non solum communio dari potest, ut dicunt Navarrus<sup>9)</sup>; Cajetanus<sup>10)</sup> apud Wigandt<sup>11)</sup>; sed etiam debet, ut communissime docent Suarez<sup>11)</sup>, Lugo<sup>12)</sup>, Laymann<sup>13)</sup>, Palaus<sup>14)</sup>, Wigandt<sup>14)</sup>, Holzmann<sup>15)</sup>, Antoine<sup>16)</sup>, Escobar<sup>17)</sup>; et Salmant.<sup>18)</sup> cum Henriquez<sup>19)</sup>; et idem docet

In mortis  
periculo,  
pueri ratio-  
nis impones  
non com-  
municandi.

Rationis  
compotes  
communi-  
candi.

Non perpe-  
tuo amentibus,  
quando sit danda in  
mortis arti-  
culo.

<sup>8)</sup> Tract. 4, cap. 7, num. 8. — *Petr. de Ledesma*, de Euch., cap. 13, concl. 8, (edit. hispan. Salmant. 1602). — <sup>9)</sup> Man., cap. 21, n. 57. — <sup>10)</sup> Tr. 12, exam. 4, n. 46, v. *Resp.* 9. — <sup>11)</sup> Disp. 70, sect. 1, i. f. — <sup>12)</sup> De Euch., disp. 13, n. 37 et 39. — <sup>13)</sup> Tr. 21, punct. 10, n. 11. — <sup>14)</sup> Loc. cit., n. 46. — <sup>15)</sup> De Praec. Eccl., n. 43, i. f. — <sup>16)</sup> De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 2, n. 1, v. f. — <sup>17)</sup> Lib. 20, n. 244. — <sup>18)</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 15.

absolute et in universum communionem dari posse pueris ante discretionis annos.

<sup>o)</sup> Bonacina, *disp. 4*, qu. 6, punct. 1, n. 5, loquitur de perpetuo amentibus, de quibus eodem loco Salmant. disputant.

<sup>p)</sup> Cajetanus, *Sum.*, v. Communionis minister, i. m., disserens de certis quibusdam peccatoribus, regulam hanc generalem, ut ait Wigandt, tradit: « Quandocumque et ubicumque, et quibuscumque potest dari sacramentum Poenitentiae, potest etiam dari, si in articulo mortis est, viaticum ».

<sup>q)</sup> Laymann, *lib. 5*, tr. 4, cap. 4, n. 3, de pueris in mortis articulo constitutis, hanc statuit regulam: « Cui sacramentum Poenitentiae conceditur, neque Eucharistiae sacramentum negari debet, si desideret ».

<sup>r)</sup> Henriquez, videtur hanc sententiam implicite enuntiare, dum, *lib. 8*, cap. 42, n. 4, haec scribit: « Si pater et parochus in mortis articulo... communicare puerum non permittat, excusatur, quando est dubium de sufficienti discretione ». Et n. 3, in universum scriperat: « Qui habent usum rationis, sed debilem et imperfectum, ut Aethiopes, et quidam, et semifatu, secluso irreverentiae periculo, admittendi sunt ad communionem praecipi in Pascha et mortis articulo ».

Benedictus XIV<sup>1)</sup>. — Ratio, quia ex una parte pueri, in tali periculo constituti, tenentur ex praeecepto divino communicare; ex alia, utilitas Eucharistiae tunc maiorem dispositionem non exposcit.

302. — Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An communio sit ministranda amentibus?*

Perpetuo amentibus omnino est neganda; ut omnes dicunt cum S. Thoma<sup>2)</sup>, et Rituali Romano<sup>3)</sup>, ubi dicitur: *Amentibus... seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.*

Aliis vero amentibus qui non semper caruerunt usu rationis, sed nunc carent, censem Gobat<sup>4)</sup> quod in articulo mortis absolute potest eis dari communio. — Sed in hoc sequenda est doctrina D. Thomae<sup>5)</sup>, ubi sic ait: *Si prius, quando erant compotes suae mentis, apparuit in eis devotio hujus sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi forte timeatur periculum vomitus vel exspuitionis.* Idem fere docuit Catechismus Romanus<sup>6)</sup>, dicens: *Amentibus praeterea qui tunc a pietatis sensu alieni sunt, sacramenta dare minime oportet; quamvis, si, antequam in amentiam inciderint, piam...*

<sup>1)</sup> De Synodo, lib. 7, cap. 12, num. 3. — <sup>2)</sup> 3 P., qu. 80, art. 9, corp. — <sup>3)</sup> De SS. Euch. Sacram., n. 10. — <sup>4)</sup> Loc. cit. — <sup>5)</sup> De Euch., num. 64, (al. num. 69). — <sup>6)</sup> Tr. 21, punct. 10, n. 7. — <sup>7)</sup> De Praec. Eccl., num. 46. — <sup>8)</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 9 et 10. — *Continck*, qu. 80, art. 9, n. 73 et 74. —

302. — <sup>a)</sup> Gobat, tr. 4, n. 135, ait illis datum esse sacramentum; « quia censendi sunt illud petivisse hoc ipso quod aliquandiu pie vixerint, modo non constet fuisse in statu malo, quando correpti sunt hoc malo ».

<sup>b)</sup> Suarez, *disp. 69*, sect. 2, dub. 3, illos ait petivisse explicite vel implicite. Et v. *Ad fundamentum ergo*: « Quacumque probabili fide credatur, inquit, esse bene dispositus, id satis est ». Et paulo inferiori: « Sufficit... implicita petitio, quae in ipsa contritione et signis ejus includitur, quatenus includit voluntatem implendi omnia praeepta; immo, dum contrarium non constat, nullus est qui non velit ut Ecclesia ei in necessitate subveniat remediis ad salutem tam opportunis et quasi necessariis ».

<sup>c)</sup> Vasquez, *disp. 212*, cap. 3, n. 26, ait dari eis posse Eucharistiam, « etiamsi expresse illam non petierint..., dummodo nulla suspicio

animi voluntatem pree se tulerint, licebat eis in fine vitae, ex concilio Carthaginensis decreto, Eucharistiam administrare: modo vomitionis vel alterius indignitatis et incommodi periculum nullum timendum sit.

Hinc sufficit quod talis aeger pie vixerit; ut recte dicunt Palaus<sup>8)</sup>, Holzmann<sup>7)</sup>; et Salmant.<sup>8)</sup> cum Suarez<sup>9)</sup>, Vasquez<sup>10)</sup>, Coninck, Laymann, Bonacina, Filliuccio<sup>11)</sup>, Hurtado, etc. Ratio, quia ex una parte praesumitur is interpretative communio nem petere; ex altera, huic Eucharistia adhuc necessaria esse potest, nempe si incidisset in amentiam exsistens in peccato mortali, de quo solum attritus fuerit. — Excipiunt tamen doctores (apud Salmant.<sup>9)</sup>) si certo praesumatur in amentiam incidisse penitus impoenitens<sup>12)</sup>.

Extra tamen articulum mortis, nullo modo Eucharistia amentibus est concedenda; ut Salmant.<sup>10)</sup> cum Suarez, Laymann et communi.

303. — Quaeritur 3<sup>o</sup>. *Quando concedenda sit Eucharistia semifatuis, mutis et obsessis?*

Respondetur quod *semifatuis*, semper ac sciunt distinguere hunc coelestem cibum ab aliis, tantum in articulo mortis et tempore praecepti communio danda est. — Holzmann<sup>11)</sup>, Laymann<sup>9)</sup>, Wigandt<sup>10)</sup>:

<sup>7)</sup> Semifa-  
tuis, surdis  
et mutis  
quando sit  
danda.

<sup>8)</sup> Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 4, num. 4. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 5. — *Gasp. Hurtad.*, de Euch., disp. 9, diff. 20. — <sup>9)</sup> Loc. cit., n. 11. — <sup>10)</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 11, i. f. — *Suar.*, disp. 69, sect. 2, dub. 3. — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 4, n. 4. — <sup>11)</sup> De Praec. Eccl., n. 45.

alicujus mortalis peccati de illis habeatur..., quoties de illorum vita praeterita recte colligi potest eos petituros pro tempore amentiae hoc sacramentum, si illud considerassent ».

<sup>12)</sup> Filiuccius, *tr. 4*, cap. 7, n. 189, censem debitam esse dispositionem: « vel quia ante eam petierint formaliter, aut virtute petendo confessionem, vel quia, si mali fuisse non probent, praesumendus quisque sit bonus ». — <sup>13)</sup> Quam exceptionem aliis verbis ponunt Palaus et Holzmann, dicentes requiri ut non constet in amentiam peccato mortali gravatum incidisse. Et omnes isti, Salmant., Palaus, Holzmann, requirunt etiam ut non sit spes moralis illum ante mortem rationem recuperaturum; et ut absit periculum irreverentiae.

<sup>14)</sup> 303. — <sup>a)</sup> Laymann, *lib. 5*, tr. 4, cap. 4, n. 4, admittendos esse vult « minimum... in Paschate, multoque magis in mortis articulo ». — Wigandt pariter, *tr. 12*, exam. 4, n. 36,

et Salmant.<sup>1</sup> cum Palao, Hurtado, Diana Henriquez<sup>b)</sup>; — contra Sanctum et Leandrum<sup>c)</sup>, qui concedunt toties quoties.

Idem agendum est cum *mutis* et *surdis* a nativitate; modo ex signis constet eos discretionem habere; ut Laymann<sup>d)</sup>, Palaus et Salmant.<sup>2</sup> Immo recte ait Holzmann<sup>3</sup> quod si isti sint praediti non qualicunque discretione, saepius possunt communicare.

Epilepti-  
cis et obses-  
sis negatur  
tantum in  
paroxysmo.

Verum mutis, surdis et simul caecis a nativitate, omnino<sup>e)</sup> neganda est communionio: cum Wigandt<sup>4</sup>. *Epilepticis* autem negatur communionio tantum in paroxysmo;

<sup>1</sup> Tr. 4, cap. 7, n. 12. — *Palaus*, tr. 21, punct. 10, n. 8. — *Gasp. Hurtad.*, de Euch., disp. 9, diff. 20. — *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 79. — *Joan. Sanct.*, Select., disp. 26, num. 5; et disp. 38, n. 9. — *Palaus*, tr. 21, punct. 10, n. 9. — <sup>a</sup> Tr. 4,

ut Holzmann<sup>5</sup>; Elbel<sup>6</sup> cum Laymann<sup>f)</sup> et Palao<sup>f)</sup>.

Idem agendum cum *obsessis* a daemone, quando non sunt sui compotes. —

Obsessis,  
pluries in  
anno danda  
communio.

Caeterum Salmant.<sup>7</sup> cum Suarez<sup>g)</sup>, Soto<sup>h)</sup>, Bonacina<sup>g)</sup>, Laymann<sup>i)</sup> et aliis, ex doctrina S. Thomae<sup>h)</sup>, recte ajunt Eucharistiam pluries in anno, juxta prudentiam confessarii istis concedendam esse; cum sit speciale remedium ad daemones arcordos. Hinc ait Cassianus<sup>8</sup>: *Communionem... eis* (qui ab immundis vexantur spiritibus)... *a senioribus.... nunquam me-  
minimus interdictam*.

cap. 7, n. 18. — <sup>a</sup> De Praec. Eccl., n. 50. — <sup>b</sup> Tr. 12, exam. 4, n. 38. — <sup>c</sup> Loc. cit., n. 48. — <sup>d</sup> Confer. 14, de Subj. Euch., n. 98. — <sup>e</sup> Loc. cit., n. 14. — <sup>f</sup> Collat. 7, cap. 30; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 49, col. 709 et 710.

admittit eos « raro, ut in Paschate et jubilaeo ».

<sup>b)</sup> De Henriquez, cfr. notam *r* ad n. 301 supra.

<sup>c)</sup> Leander, *de Euch.*, disp. 6, qu. 14, satis probabilem hanc sententiam existimat; contrariam tamen putat probabilem.

<sup>d)</sup> Laymann, *loc. cit.*, n. 5, ait communionem surdis ac mutis a nativitate posse dari « saltem paschali tempore et in mortis articulo »..

<sup>e)</sup> Wigandt dicit « ordinarie ».

<sup>f)</sup> Laymann, *loc. cit.*, n. 6; Palaus, *tr. 21, punct. 10, n. 10*, de solis obsessis (non de epilepticis) disputant.

<sup>g)</sup> Suarez, *disp. 69, sect. 2, v. f.*; Bonacina, *qu. 6, punct. 1, n. 6*, ajunt illud relinquentum esse prudenti arbitrio sacerdotis.

<sup>h)</sup> Sotus, *in 4, dist. 12, qu. 1, art. 9, arg. 2*; S. Thomas, *3 P., qu. 80, art. 9, ad 2*, de his idem esse dicendum volunt ac de ceteris amentibus. Afferunt tamen verba Cassiani, qui verbis a S. Alphonso relatis haec alia addit: « Quin immo, si possibile esset, etiam quotidie eis impartiri eam debere censebant ».

<sup>i)</sup> Laymann, *loc. cit.*, n. 6, negat eis esse denegandam communionem; et adducit Cassiani sententiam, ejusque rationem ex eodem Cassiano his verbis reddit: « Magis namque ac magis inimicus insultabit obcesso cum eum a caelesti medicina viderit segregatum; tantoque durius et frequentius attentabit, quanto eum a spirituali remedio longius senserit abdicatum ».